



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

18. Versöhnung der Stadt Rostock und des Herrn Nicolaus von Rostock mit  
dem Könige Erich von Dänemark, den Markgrafen Woldemar und Johann  
von Brandenburg und dem Herrn Heinrich von Mecklenburg, vom ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

gefciē vnde ghescreuen tu Cedenick, na godes borth dusent jar, dri hunderth jare, in deme tuelfthēn jare, des neigheften sunauendes na aller manne vasten.

Aus Schröter's Beitr. zur Mecklenb. Geschichtsf. 1, Anh. S. XVIII.

18. Versöhnung der Stadt Rostock und des Herrn Nicolaus von Rostock mit dem Könige Eric von Dänemark, den Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg und dem Herrn Heinrich von Mecklenburg, vom 7. Dezember 1312.

Omnibus presentia visuris vel auditoris Consules civitatis Rostocke salutem in Domino. Noverint presentium inspectores universi, quod dissentiones et gverre, quas principes illustres videlicet Dominus Ericus, danorum flavorumque rex, Woldemarus et Johannes, Marchiones brandenburgenses incliti, Henricus Dominus magnopolensis et ipsorum fautores in hac parte, Contra virum nobilem dominum Nicolaum de Rostocke et nos ad civitatem nostram, ex causis diversis noverunt, per ordinationis industriam dicti domini Henrici magnopolensis nomine ac vice dictorum principum totaliter sunt sopite, videlicet quod nos dictis Domino Erico regi, Woldemaro et Johanni marchionibus brandenburgensibus quatuordecim millia marcarum argenti puri exsolvere debemus in tribus terminis, videlicet in festo nativitatē domini nunc proximo partem primam, secundam vero partem infra quatuor dies festi pasche proximi, ultimam autem partem in festo beati Jacobi proximo, sub fidei sponione. Verum quia dictum argentum in promptu solvere non potuerimus, tali facto conductum est, quod pro marca argentea puri quatuor marcas denariorum slavicalium dabimus, pannos pulchros legales ad quatuor marc. argent. dabimus, pannos vero grossos videlicet popersch, dornesch, develesch ad duas marcas cum dimidia argenti, Tymber verum ad tres fertones et dicti panni legales erunt et varium opus similiter, cum quibus quilibet potitur warandiam. In ultimis vero duobus terminis pulchros pannos et grossos, ut premittitur, in equali numero persolvemus. Ceterum de profugis et ejectis de civitate nostra, pro quibus dominus rex et domini marchiones seu dominus magnopolensis placitare voluerint, taliter est conductum, quod heredes seu propinquiores amici ipsorum, solutis eorundem debitis, bona eorum vendant licite et debita eorundem expetant. Iidem profugi extra civitatem remaneant. Si quos in tuitionem suam recipere noluerint dicti principes seu ipsorum aliquis, de illis fiet secundum quod postulat ordo juris. De captivis vero sic est actum, quod si liberationis sue precium nondum exsolverint, licet cautionem de solvendo fecerint vel non fecerint, vtrobique liberi dimittantur, qui vero terminum solutionis sue fide postposita neglexe-

runt, adhuc solvere teneantur. In cuius rei testimonium, sigillum civitatis nostre presentibus est appensum. Acta sunt hec presentibus nobilibus viris dominis Henrico Magnopolensi, Nicolao Rostoccenfi ac Militibus Henrico de Stavenow Johann de Crochern, Bodone de Knefebeck, Johan de Cernim, Georg Hafenkop, Johann Bufencal; Consulibus Henrico de Gottlandia, Henrico Ruche, Nicolao de Kyritz, Wenero Hovesch, Johann Provo, Marquardo Holfato, Henrich de Kurlanth et aliis burgenfibus multis ad hoc specialiter convocatis, qui his omnibus interfuerunt et expressius consenserunt. Datum sub anno Domini MCCCXII. in crastino beati Nicolai, in Campo ville Polchowe.

*Aus den wöchentl. Rostocker Nachrichten vom Jahre 1754.*

19. Die Stadt Rostock bekundet die Ausöhnung des Königs Erich von Dänemark und der Markgrafen Waldemar und Johann von Brandenburg, sowie des Herrn Heinrich von Mecklenburg, mit ihr und mit Herrn Nicolaus von Rostock, am 15. Dezember 1312.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenire contigerit, Consules et Commune Ciuitatis Rozftok, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, presentes ac posteri, quod dissenciones et gwerre inter illustres principes et dominos Ericum, regem danorum sclauorumque, Waldemarum et Johannem, marchiones brandenburgenses, Henricum nobilem magnopolensem et ipsorum fautores ex parte vna, et Nobilem virum dominum Nicholaum de Rozftok ac nos et Ciuitatem nostram ex altera, aliquamdiu mote et habite, per industriam Domini magnopolensis predicti taliter sunt sopite: In primis Eidem domino nostro Erico Regi danorum inclito et ad manus ipsius Regis Domino Henrico magnopolensi predicto Obediencie et fidelitatis fecimus iuramentum, nec confederari debemus alicuj seu aliquibus contra ipsum dominum nostrum Regem de cetero, sed facere debemus pro ipso quod tenentur ciues facere pro suo domino singulari. De profugis autem in ciuitate nostra proscriptis demeritis eorum exigentibus sic est actum, quod pro quocunque vel quibuscunque dominus Rex et marchiones videlicet placitare voluerint, heredes seu propinquiores amici ipsorum bona eorum vendant licite, debita eorum soluant et expetant et sic dicti profugi extra ciuitatem remaneant. Pro quibus vero eorum dicti principes placitare uoluerint seu ipsorum aliquis, de illis fiet, vt postulat ordo juris. Ceterum bona et conciuum nostrorum extra ciuitatem sita que poterunt liberari secundum tenorem priuilegiorum super ipsis datorum liberacionj Reddemus pro tanto quidem precio, quanto nobis ac nostrarum singulis constare dinoscuntur. Stipendiarijs quoque nostris ad ipsos principes conuersis satisficiemus in amicitia vel in iure